

CAPUT QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Vastata filia latronis, prae-dicit Christum nasciturum in Bethlehem, qui Israel pascat in fortitudine Domini, et magnificetur usque ad terminos terrae. Deinde, vers. 5, ait quod Christus erit pax, cum venerit Assyrius in terram nostram; tunc enim cum coneret. Tertio, vers. 7, prae-dicit quod reliquiae Jacob, id est, Apostoli et primi christiani, erunt quasi ros Domini, irrigantes mentes hominum, et easque effluenter instar leonis, rapientes sibi et Deo subjugantes. Denique, vers. 10, asserit quod Deus tunc auferet maleficia, divinationes, lucos, omniaque arma et praesidia in quibus infideles confidebant (1).

1. Nunc vastaberis, filia latronis: obsidionem posterunt super nos, in virga percutient maxillam iudicis Israel. 2. Et tu, Bethlehem Ephrata, parvulus es in millibus Juda: ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, et egressus ejus ab initio, a diebus aeternitatis. 3. Propter hoc dabit eos usque ad tempus, in quo parturiens pariet: et reliquiae fratrum ejus convertentur ad filios Israel. 4. Et stabit, et pascat in fortitudine Domini, in sublimitate nominis Domini Dei sui: et convertentur, quia nunc magnificabitur usque ad terminos terrae. 5. Et erit iste pax: cum venerit Assyrius in terram nostram, et quando calcaverit in domibus convertentur ad filios Israel. 6. Et pascent terram Assur in gladio, et terram Nemrod in lanceis ejus: et liberabit ab Assur cum venerit in terram nostram, et cum calcaverit in finibus nostris. 7. Et erunt reliquiae Jacob in medio populorum multorum quasi ros a Domino, et quasi stillae super herbam, quae non exspectat virum, et non praestolat filios hominum. 8. Et erunt reliquiae Jacob in gentibus in medio populorum multorum, quasi leo in jumentis sylvarum, et quasi catulus leonis in gregibus pecorum: qui cum transierit, et conculcaverit, et ceperit, non est qui eruat. 9. Exaltabitur manus tua super hostes tuos, et omnes inimici tui interibunt. 10. Et erit in die illa, dicit Dominus: Auferam equos tuos de medio tui, et disperdam quadrigas tuas. 11. Et perdam civitates terrae tuae, et destruum omnes munitiones tuas, et auferam maleficia de manu tua, et divinationes non erunt in te. 12. Et perire faciam sculptilia tua, et statuas tuas de medio tui: et non adorabis ultra opera manuum tuarum. 13. Et evellam lucos tuos de medio tui, et conteram civitates tuas. 14. Et faciam in furore et in indignatione ultionem in omnibus gentibus, quae non audiverunt.

1. NUNC VASTABERIS, FILIA LATRONIS. — Hebraeorum est elegans paronomasia, *hitgededi bat gedud*, q. d.

(1) Sequuntur in hoc capite, adjuncta concomitantia, et subsequenda Messiae adventum, de quo in cap. iv; quorum nexus cum his quae sub finem capitis superioris denuntiata sunt malis sic statui potest. Quamvis urbs Hierosolymitana expugnata, ipseque rex indignissime tractetur, tamen non est desperandum fides Dei cultoribus; liberatorem enim ac dominatorem populo suo tempore dabit.

Paxo igitur describuntur adjuncta concomitantia, scilicet, primo, indicatur temporalis natalis locus, dignitas regia Christi ejusque divina origo, et aeterna nativitas; 2; secundo, deflinitur aliquatenus tempus adventus ejus, virginique partus, scilicet postquam populus Judaeus magnam rerum conversionem subierit, qua persecutio Antiochi Epiphaniis iuxta quosdam indicatur, plurimique Hebraei in patriam reversi fuerint, apparuit Messias, qui cum illo aeo verbis propriis descripti non potuerit, nec

Nunc vastaberis, filia vastatoris; nunc praedaberis, filia praedatoris, aut, ut alii: Nunc concideris,

deburis, sistitur imagine regis terreni, usque ad terminos orbis imperaturi, et civibus suis sine vi armorum salutem et felicitatem paraturi, 3, 4; tertio, describitur sub emblemate victoriarum de Assyrii securitas regni et victoria hostium per Christum et Apostolos procurata, vers. 5, 6.

Secundo, adjuncta subsequenda: scilicet, primo, explicat Propheta, his quae sequuntur duabus comparationibus, quanta virtus, securitas et gloria populi Dei futura sit, ubi se exsolverit a dominatu barbaro, in quibus videtur est praedicatorum evangelicorum vim beneficam simul ac insuperabilem, victricemque hostium, 7, 9; secundo, promittitur securitas ab hostibus, scilicet, obsacolorum conversionem impedientiam submotio, 9, 10; tertio, magis et idololatria eversa, quibus scabebat pax Dei cultus, 12, 13; quarto, infidelium Evangelio resistentium ultio, sub finem indiligens, 14.

filia concisionis; aut, ut Tigurina: Nunc cingeris turmis, filia turmae. Nota primo, *hitgededi* est conjugationis *hitpael*, quae partim activa est, partim passiva, et communiter significat actionem reflexam, quae agens agit in seipsum, ita ut idem sit agens et patiens, q. d. Vastabis et concides te ipsum, vel vastaberis et concideris a teipso, id est tua culpa, tuo demerito; puta ob tua scelera peribis. Quocirca *hitgededi* non tantum passive, ut jam vidimus, sed et active verti potest. Unde Syrus vertit: Nunc exibis cum turma, filia turmarum fortium; Arabicus: Nunc egredieris cum exercitibus; Pagninus: Nunc militabis, filia militis; alii: Nunc congregabis te per turmas, filia turmae; alii: Nunc educes exercitus, filia exercitus; alii: Nunc concides, filia concisionis; Arias: Collige caelum tuum, filia caeli; alii: Martem et Martia castra instrue, filia Martis. Porro «filia latronis» idem est quod latro, latrocinis dedita, sicut filius hominis idem est quod homo, filius ovium idem quod ovis, filia caprae idem est quod capella.

Nota secundo, *דדדד gedud* significare congregationem, caelum, turbam, turmam, exercitum; unde in libris Regum, turmae Syrorum excurrentes et praedantes terram Israel, vocantur *gedudim*; Noster vertit vocatque *latronculos*, id est volones, praedones, quos Belge vocant *urpater*. Eisdem hic vertit, «filia latronis,» uti et verterunt Aquila, Symmachus, Theodotus et quinta Editio. Hinc et Lia quintum suum filium vocavit *Gad*, quasi *gedud*, id est turmam filiorum, q. d. Tot jam genui filios, ut ex eis aciem instruere possim, Genes. xxx, 8. Ita Chaldaeus et Aquila ibidem. *Gedud* ergo est turma velitum, sive excursio et irruptio militum levis armaturae ad praedandum et latrocinandum; item exercitus qui omnia populatur, quales fuerunt Assyriorum, Persarum, Graecorum, Romanorum: de quibus S. Augustinus vero dixit, lib. I. De Civit. cap. iv: «Remota justitia, quid sunt regna nisi magna latrocinia? quia et ipsa latrocinia quid sunt nisi parva regna?» Et pirata captus ab Alexandro Magno, rogatus cur piraticam exerceat, respondit: «Ego idem facio quod tu: Ego sum parvus, tu magnus es orbis praedo; sed quia id ego exiguo navigio facio, latro vocor; quia tu magna classe, imperator,» ut ibidem refert S. Augustinus. Tertio, pro *iudicis Israel*, uti habent Hebraei et Latina, vertunt Septuaginta, *tribus Israel*; Chaldaeus, *iudicum Israel*; per enallagen accipientes singulare pro plurali.

Quaerens, quenam est haec filia latronis? Sunt quatuor sententiae: prima est, esse Babylonem; secunda, esse Damascum; tertia, esse Jerusalem; quarta, esse Ninivem et Assyriam. Nam primo, de Babylone accipi potest, vel active, q. d. Congrega turmas latronum, id est militum et praedatorum tuorum, o Babylon, ut obsideas nos Hierosolymitas, et percussas maxillam iudicis, id est regis Israel, puta Sedeciam, eumque regno et oculis privas atque exerceas; vel passive, q. d. Brevi

a Cyro vastaberis, o Babylon, quia fuisti filia latronis, id est latro et latrocinis dedita, ac ut talis obsedisti et vastasti nos, atque regem nostrum Sedeciam in maxilla percussisti, imo excolasti. Favet huic sententiae quod cap. praeced. vers. 10, meminerit Babylonis, ejusque praedationis. Consolans enim Judaeos a Babylonis capiendis: «Dole, inquit, et satage, filia Sion, quasi parturiens; quia nunc egredieris, etc., et venies usque ad Babylonem, ibi liberaberis,» scilicet per Cyrum. Hoc est quod hic dicit: «Nunc vastaberis, filia latronis,» id est Babylonis, scilicet per Cyrum; verba ergo haec illorum, cap. iv, 40, videntur antistropha.

Secundo, «filia *gedud*, id est «latronis,» accipi potest Damascus et Syria: inde enim frequentes *gedudim*, id est latronculi, excurrerunt in terram Israel, eamque latrocinando vastarunt, ut patet ex libris Regum. Vox enim *gedud*, id est latronis, videtur respicere ad filios *gedudim*, recensitos in libris Regum. Accedit quod Syrus et Damascenis, ob haec praedationes, excidium minetur Isaias cap. vii, 7, atque mox jungat letum oraculum de Emmanuele rege Judaei nascituro, dicens vers. 14: «Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel.» Ad Isaiam autem de more alludit hic Micheas, qui hic videtur idem oraculum, quod Isaias cap. vii, edere. Nam vastationi filiae latronis subjungit letum oraculum de Christo rege, in Bethlehem nascituro, perinde ac facit Isaias. Sensus ergo est, q. d. Vastaberis, o filia latronis, o Damasee, latro et praedo Israelis; quia obsedisti Judaeos, eorumque principes saepe in maxillam, id est ignominiose, percussisti: vastaberis autem per Salmanasar Assyrium, quem Emmanuel vindixit nos, antequam nascatur homo, in te iniquitatis, uti praedicit Isaias loco jam citato. Hic sensus accommodus videtur: Micheas enim Isaias saepe est antistropha. Sed obstat quod haec nomen Micheas nullam Damasci fecerit mentionem; factus tamen ad illam et ad Isaiam hic alludi, uti mox plenius dicam.

Tertio, «filia latronis,» accipi potest Jerusalem, q. d. Tu, o Jerusalem, quae mihi olim eras chara, quasi filia Sion; nunc vero facta es filia latronis, quia opprimis et expilas pauperes; tu, inquam, ob haec latrocinia tua vastaberis a Chaldaeis, qui te obsidebant, et Sedeciam aliosque tuos iudices et principes percutient in maxilla, id est ignominiose tractabunt et vexabunt, uti dixi cap. iv, vers. 10, et cap. iii, vers. ultim. Atque haec oppressio tua durabit usque ad Christum. Post Chaldaeos enim Graeci, ac praesertim Antiochus Epiphaneus, post Antiochum Pompeius et Romani te pessumdabunt, donec Christus tuus rex, Messias et liberator nascatur in Bethlehem, qui te redimet, omneque jugum et hominum et demonum a cervicibus tuis excutiet. Ita Remigius, Haymo, Albertus et Clarius.

Quarto et genuine, «filia latronis,» hebraice Quarto

geniue. *gedud*, id est turme et exercitus vocatur hic Assyria, puta cœtus Assyriorum, et castra Sennacherib, qui quasi latro populatus est Judeam, et obsedit Jerusalem atque ingominiose tractavit iudicem, id est principem Israel, puta regem Ezechiam, ac si eum in maxillam percussisset. Rabsaoces enim missus a Sennacherib, non tantum conviciatus est Ezechia, sed et ejus Deum blasphemavit, ut patet *Isaie xxxvi*. Quocirca audit hic a Deo vindice: « Vastaberis, » atque hanc vastationem mox ipsi infixit, mittens angelum qui cecidit 183 milia militum in castris ejus. Percussio enim maxillæ abicit in proverbium, nec aliud significat quam gravem ignominiam, ingensque probrum. Forte etiam revera Sennacherib legatos Ezechie, vel principes Israel a se captos percussit probrøse in maxilla, esto Scriptura id non dicat: quia eos sua fecit mancipia, quibus in facie inuri solent stigmata, tum ignominie causa, tum ut a liberis seernantur ne antugiunt. Ita fecisse Caium imperatorem nobilibus Romanis, quos ad metalla, vel ad bestias damnavit; qui proinde dicti sunt inscripti, litterali, stigmati; testis est Suetonius in *Vita Cais*, cap. xxvii.

Probrum.

Probrum hæc expositio, primo: nam hic versus connectitur et perinet ad caput præcedens, ut patet ex verbo *nunc*, idque docent Albertus, Lyranus, Pagninus et alii; imo Pagninus hunc versus ponit ultimum capitis quarti, caput vero quintum inchoat a versu sequente: « Et tu, Bethlehem Ephrata, » etc. Atqui cap. præcedenti vers. 14 usque ad finem capitis, agit de Sennacherib et castris Assyriorum, prædantibus Judæam, et obsidentibus Jerusalem, deque ejus cæde et spoliatione per Ezechiam et Judæos, qui ejus prædas et manubias in gratiarum actionem oblaturi erant Deo. Ergo cum hæc verba illis immediate connectantur et subjungantur, sequitur de ejusdem Sennacherib vastatione et clade hic agi. *Secundo*, quia alludit Micheas partim ad *Isa*. cap. vii, ut dixi in expositione secunda; sed quod *Isaïas* dixit de Syris, hoc Micheas dicit de Assyriis; utrique enim erant vicini et congeneres; utrique prædones Israelis: partim ad *Isaie* x, 3: « Vae, Assur, virga furoris mei! » quia scilicet ipsa est filia latronis, per quam furorem meum in Israel exercebo, eumque castigabo; sed ita ut castigatione peracta, virgam in ignem projiciam, et Assyrios simili vastationi, quam Israeli intulerunt, addicam; et ad *Isaie* cap. xxxii, 1, ubi de eodem Sennacherib ejusque castris ab angelo cadendis, simili schemate et paronomasia, imo iisdem pene verbis quibus utitur Micheas hic, ait *Isaïas*: « Vae qui prædatis! nonne et ipse prædaberis? » *q. d.* Vae tibi, Sennacherib, quia sicut prædatus es Judæam, ita et tu præda eris Ezechie et Judæis: « Et qui spernis, » non tantum Ezechiam, sed et Deum: « nonne et ipse sperneris, » non tantum a Judæis, sed et a filiis suis, qui te obruncabant? « Cum consummaveris deprædationem, depræ-

daberis: cum fatigatus desideris contemnere, contemneris. » *Tertio*, quia Jerusalem, etiam cum audit tristitia et minacia a Deo, solet vocari Jerusalem vel Sion, non filia latronis; sed ita vocatur Assyria, ut patet ex verbis *Isaïas* jam citatis. *Quarto*, quia de Assyriis mox subdit Micheas, vers. 3: « Et erit iste pax: cum venerit Assyrius in terram nostram. » Et vers. 6: « Et pascent terram Assur in gladio, et terram Nemrod in lanceis ejus; et liberabit ab Assur cum venerit in terram nostram. » Quæ verba plane alludunt ad adventum et cladem Sennacherib, sicutque antitropha et exogeica ejus quod hic dicit: « Nunc vastaberis, filia latronis. »

Allegorice, filia latronis est Jerusalem, quæ occidit Prophetas, ipsamque Christum, eumque reipsa alapis in maxilla percussit: quocirca obsidebitur et vastabitur a Tito et Romanis, qui proinde tallonem illi reddent, ejusque iudicis et principes percipient in maxilla, et ingominiose quasi servos et mancipia tractabunt, multabunt, vendent, occident. Unde et Christus Jerusalem et templum vocat speluncam latronum: « Domus, inquit, mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum, » *Matth.* xxi, 13. Ita S. Hieronymus, Remigius, Rupertus, Hugo, Lyranus, Clarius, Vatablus et alii; imo ipsi censent hunc esse sensum litteralem hujus loci. Audi S. Hieronymum: « Pollicetur quidem tibi sum, o filia Sion, quod venturum sit tempus, quo cornu tuum ponam ferreum; et ungulas tuas aereas, et comminuta demonum multitudinem, offeras quidquid illi ante possederat Domino universæ terræ; sed quia hoc tunc futurum est, quando subintraverit gentium plenitudo, et omnis Israel salvatus fuerit, nunc interim pro meritis tuis vastare, sive, ut in hebreo habetur, concidere. Nequaquam enim juxta Apostolum vocaris circumcisio, sed concisio; nec te appello filiam meam, sed latronis, qui hebraice dicitur *gedud*, id est diaboli ad prædandum semper accincti. Fecisti enim domum meam speluncam latronum, repugnasti adversum me, et filii tui obsessionem posuerant super me, et super Filium et Spiritum meum. Annon contumelia Trinitatis est, quando in virga et calamo, te faciente, percussere Romani caput Judicis Israel, dicentes: Prophetiza nobis, Christe, quis est qui te percussit? sive quando unus de ministris tuis percussit eum in maxillam, dicens: Si es respondens pontifici? » Hinc expositioni favent Septuaginta dum verunt: *Nunc obstruetur filia obstructione, angustiam ponit super nos; in virga percussit super maxillam tribus Israel, q. d.* Tibus acerrime obsidebit Jerusalem, eamque obstruet et angustiabit, capiet, et percussit in maxilla, sicut ipsa percussit Christum. Ita S. Hieronymus.

Symbolice, Arias per *filiam latronis* accipit gentilitatem, puta Romam aliasque Gentilium urbes, quæ Christum et Apostolos sub Nerone, Decio,

Allegorice, filia latronis est Jerusalem, quæ occidit Prophetas, ipsamque Christum, eumque reipsa alapis in maxilla percussit: quocirca obsidebitur et vastabitur a Tito et Romanis, qui proinde tallonem illi reddent, ejusque iudicis et principes percipient in maxilla, et ingominiose quasi servos et mancipia tractabunt, multabunt, vendent, occident.

Moletiano, etc., sumi persecute; sed a Constantino filia latronis, id est gentilitas hæc, in christianos latrocinaans, eosque martyriis afflictiens vastabitur et everit, ipsaque Roma ethnica peribit, hæcque nova Roma christiana, imo Roma olim caput gentilissimi fiet caput christianissimi. Sic et Hebræi ac Vatablus, per *filiam latronis* accipiunt Romam, cujus primi incolæ fuere latrones, qui eam fecerunt maleficorum asylum. Unde *Juvenalis, satyra viii*:

Ut longe repetas longæque revolvæs
Nomen, ab infami genitæ deductis asylo,
Majorem primus quisquis fuit ille tuorum,
Aut pastor fuit, aut illud quod dicere solent.

2. ET TU, BETHLEHEM EPHRATA. — Est hæc illustris propheta de Christo. Solus enim Micheas prædixit Christum in Bethlehem nasciturum, ex eoque scribæ et magi eum in Bethlehem quaesiverunt, agnovērunt et adorarunt, *Matth.* ii, 6. Sed quomodo a filia latronis, quasi ex abrupto transit Propheta ad Bethlehem? quomodo hic versus cum priori coheret et connectitur? Vatablus sic connectit, opponit, inquit, Jerusalem Bethlehem, *q. d.* Tu, Jerusalem, quia filia latronis, ob latrocinia tua celebris et famosa, punieris et vastaberis: in Bethlehem autem viculo obscuri nasciturus est Christus. Præstantur ergo est Bethlehem, quam sis tu, o Jerusalem, urbs regia et superba.

Verum dico Micheam imitari *Isaïam*: sicut enim *Isaïas*, cap. vii, prædicit Judæos liberandos de manu latronum Syriæ et Assyriæ per Emmanuelem; ita idem hic dicit Micheas, *q. d.* Vastabitur cœtus Sennacherib, puta castra Assyriorum; at non viribus tuis, o Jerusalem, o Ezechia, sed viribus Christi nascituri in Bethlehem, ita Theodorctus: quia enim Sennacherib totam Judæam, ac consequenter ipsam Bethlehem populatorem est, solaque restabit Jerusalem, quam obsidebit: hinc ob Christum in Bethlehem nasciturum, ejusque prævisa merita, Deus mittet angelum qui eum cædet, eo quod Judæam, ac nominatim Bethlehem, quæ futura est patria Christi, violarit et spoliarit. Simili modo *Isaïas* a Cyro avolat ad Christum, cap. xlvj, 8, dicens: « Rorate, cœli, destuper, et nubes pluant justum. » Rursus sub Assyriis, solet Scriptura quosvis tyrannos accipere antonomastice, ut dixi *Isaie* cap. vii, 17, *q. d.* Assyrii, Persæ, Græci, Romani alique tyranni te, o Jerusalem, oppriment, donec Christus nascatur in Bethlehem, qui ab omnibus te liberabit. Denique mystice Assyrii significant demones, *q. d.* Ut ab Assyriis spiritualibus, id est a demoniis, peccatis, morte et inferno nos liberet Christus, nascatur in Bethlehem. Hoc est quod subdit Micheas vers. 3: « Propter hoc dabit eos usque ad tempus, in quo parturientis pariet: et reliquie fratrum ejus convertentur, » etc. *q. d.*

Icicrò Deus permittet Israelæm affligi ab Assyriis, id est tyrannis quibuslibet, donec in Bethlehem parturiat Christum, qui Assyrios conteret, et reliquias e captivitate reducat, ac ad se convertat; ut in Christo ostendat suam misericordiam, æque ac potentiam.

Ludit per paronomasiam Micheas in vocibus *bat gedud*, id est filia latronis, quæ percussit iudicem Israel בלתי *ballechi*, id est in maxilla, eamque opponit בתי לוחם *bet lochem*, id est Bethlehem, quæ est domus et filia panis, *q. d.* Ninive per suos Assyrios prædans et latrocinaans percussit Ezechiam et Judæos; et allegorice Jerusalem percussit Christum et christianos in maxilla; at Bethlehem non erit prædo, nec latro, sed potius benefica copiosum dabit panem, ac Christum ipsum, qui regem Israel non ut prædo et tyrannus, sed ut rex mitis et liberalis, qui suos fideles liberabit a filia latronis, etique dabit panem vitæ tam præsentis, quam æternæ.

Nota: Bethlehem hoc nomine nuncupata est, partim a fertilitate loci, uti dixi *Genes.* xxxv, 19, *Bethlehem* enim hebraice idem est quod domus panis, id est locus ferax frumenti, ex quo conficitur panis, æque ac vini. Nam, ut scribit Adrichomius in *Descriptione Terræ sanctæ*: « Bethlehem sita est in monte mediocriter alto, situ ipso arcto et oblongo. Terra subjecta rerum omnium copia multum præstat, vini polissimum, ut comparandum non sit quod ex aliis Palestine locis afferunt. Iter vero quod Hierosolyma euntibus Bethlehem est, usque adeo sui amenitate, arboribus, hortis, odoratis herbis transeuntis delectat, ut, si ad tam præclaram naturæ faciem ecclesis aliqua et digna christiano meditatio accedat, non jam in terris sibi esse videatur, sed in paradiso Christi nativitatem et incunabula presentibus oculis contueri. » Partim vero dicitur Bethlehem a suo principe, qui vocatus est Bethlehem, nomenque suum urbi a se vel erecte et condidit, vel illustrat, aut dedit, aut datum confirmavit. Fuit enim Bethlehem filius Salma, filii Caleb, filii Hur, filii Juda, ut patet *I Paral.* ii, 31 et 34, et cap. iv, 4. Ita Lyranus, Dionysius, Hugo et Abulensis, ibidem, qui in illa verba *I Paral.* ii, 31: « *Salma pater Bethlehem*: » Iste, inquit, fuit princeps urbis Bethlehem Judæ; quæ prius vocabatur Ephrata, *Genes.* xxxv, 19. Et Hugo: « A quo, inquit, dicta est Bethlehem in tribu Juda, e qua natus est Christus. » Sic et a Castro hic. Hinc et *I Esdræ* ii, 21, filii Bethlehem, quasi patriarchæ, ingenti numero computantur, videlicet centum viginti tres; et *II Esdræ* vii, 26: « Filii Bethlehem, inquit, et Neupha centum octoginta octo. » Quocirca tempore Mosis necdum hæc urbs vocabatur Bethlehem, quæ necdum Moses, aut Bethlehem in eam, aut in terram sanctam erant ingressi. Quod ergo *Genes.* xxxv, 19, nominatur Bethlehem, id non a Mose, qui auctor est *Genesis*, sed a viris Synagoga, qui scripta Mosis digesserunt et ediderunt, factum videtur

Bethlehem, id est domus panis.

post tempora Mosis et Bethleem. De qua re dixi plura in *Prooimio Genesios*.

Situs Bethleh. Porro Bethleem distabat a Jerusalem sex milliaribus, sive sex millibus passuum, hoc est duabus leucis gallicis, ad meridiem. A Nazareth vero, ubi nuntiante Gabriele archangelo conceptus et incarnatus est Christus, et ex qua B. Virgo venit in Bethleem paritura Christum, distabat 30 leucis gallicis, puta itinere tridui. Ita chorographi. Scribit Venerabilis Beda, lib. *De Locis sanctis*, cap. viii; Borchardus, Adrichomius et alii in orientali angulo Bethleem esse rupem ipsi muro adiacentem, ab hominum turba et oculis semotam, in qua quoddam velut naturale semiantrum est, quo quasi stabulo pro pecoribus utebantur, cuius exterior pars nativitas Christi fuisse dicitur locus, interior Domini presepe nominatur. Unde S. Hieronymus, Origenes et alii dicunt Christum natum in spece et spelunca; ut scilicet adfissimum mysterium abditio in loco ederetur, et ut doceret nos contemere aulas et pompas mundi. Verum S. Helena hanc speluncam magnificentissima basilica superstructa decoravit, de qua mox plura.

Nure. Ex dictis apparet speluncam hanc non in ipsa urbe Bethleem sitam fuisse, sed foris in agro suburbano, iuxta muros urbis, idque deserit docet Eusebius lib. VII *Demonstrat. Evang.* cap. v, et ex eo Baronius. Unde sequitur Christum non in urbe natum, sed rure quasi rusticum puerum, ut eo quasi suo civis gratulari sibi possint rustici, ideoque cum eo dicere:

Nobis rura placent, Pallas quas condidit aeres,
Ipsa colat.

Adde Christum rure natum, hoc ipso quo in Bethleem est natus: hec enim, respectu Jerusalem et aliarum Judææ urbium, erat quasi ruralis vicus et pagus, uti mox ostendam. Denique ex hac rupe miraculose scaturivisse fontem aquarum, ea ipsa nocte qua natus est Christus, eumque usque ad sua tempora perdurasse scribit Beda loco citato, et ex eo Baronius.

Ephrata etym. **EPHRATA.** — Bethleem dicta est prius Ephrata, partim a fertilitate terræ jam dicta, a radice פרח *parva*, id est fructificavit, sicut ab eadem radice Joseph filium suum vocavit *Ephraim*, dicens: « Crescere me fecit Deus in terra paupertatis mee, » *Genes.* xli, 52; partim ab Ephrata uxore Caleb, ex qua Bethleem natus est primogenitus; nam Caleb ex aliis uxoribus alios habuit primogenitos. Ita Abulensis in *I Paral.* cap. ii, et cap. iv. Et patet *I Paral.* ii 19, ubi dicitur: « Cumque mortua fuisset Azuba (uxor prior Caleb), accepit Caleb uxorem Ephrata, que peperit ei Hur. » Rursus vers. 50: « Hi erant filii Caleb, filii Hur, primogeniti Ephrata, Sobal pater Cariathiarim, Salma pater Bethleem. » Ephrata ergo fuit abavia Bethleem: genuit enim Hur, qui fuit proavus Bethleem. Hur enim genuit Caleb, Caleb genuit Salma, Salma genuit Bethleem. Rabanus, quem

citat Hugo in *I Paral.* cap. ii et cap. iv, censet Ephratam fuisse Mariam, sororem Mosis, que postquam percussa est lepra *Num.* xii, dicta sit Ephrata, id est forem vidit, hoc est, iram dei experimento cognovit. Ita, inquit, peperit Hur, qui cum Aarone sustentabat manus Mosis orantis pro victoria, pugnante Josue contra Amalec, *Exodi* 17. Ex adverso S. Hieronymus, ex Josepho censet Caleb ex Ephrata suscepisse Hur; Hur autem fuisse maritum Mariæ, sororis Mosis, ac consequenter Ephrata fuisse socrum Mariæ. Verum alii negant utrumque, censentque Mariam mansisse virginem. Ita S. Ambrosius, Nyssenus et Apollonius, quos citavi *Exodi* xv, 20.

Bethleem ergo cognominatur *Ephrata*, q. d. Bethleem edificata in solo fertili, in quo habitavit Ephrata, uxor Caleb, vel certe ejus posterio. Dicta est quoque Bethleem Judæa ad distinctionem alterius Bethleem quæ erat in tribu Zabulon, *Josue* xix, 10. *Tertio*, dicta est Bethleem Caleb, qui fuit maritus Ephrata. Nam *I Paral.* ii, 24, in Hebræo habetur: *Et post mortem Hesron in Caleb Ephrata*. Quarto, dicta est civitas David, quia in ea natus est David. Ab Ephrata dicti sunt Ephratæi. Sic David, *I Reg.* xvii, 42, vocatur « filius Ephratæi de Bethleem Juda, » ac Machalon et Chelion filii Noemi vocantur « Ephratæi de Bethleem Juda, » *Ruth* i, 2. Unde videtur quod tota illa regio fertilis vocata sit Ephrata, in qua urbs edificata dicta est Bethleem Ephrata, vel Judæa.

Mystice, aliter S. Hieronymus: *Ephrata*, inquit, quæ interpretatur furor, significat Herodis insaniam, qui ibidem furens odio in Christum, propter eum omnes occidit infantes. Mox tamen S. Hieronymus *Ephrata* quoque interpretatur fertilem, ut respondeat Bethleem, id est domui panis. Priorem interpretationem sequitur S. Ambrosius enarr. *I in Micheam*, sub finem tom. II. Alloquens enim peccatorem: « Nemo, inquit, de remedio diffidat: ecce tibi ubi domus furorem videns erat, ibi domus panis est: ubi crudelitas, ibi pietas: ubi poena innocentium, ibi universorum redemptio, sicut scriptum est: Et tu, Bethleem domus Ephrata, non es minima inter principes Judæ; ex te enim exiit princeps in Israel. Bethleem domus panis est, Ephrata domus furorem videns. In Bethleem natus est de Maria Christus: eadem autem Bethleem quæ Ephrata. In domo igitur furoris generatus est Christus, et ideo jam non domus furoris, sed domus panis: quia panem recepit eum, qui descendit de celo. Domus autem furorem videns Ephrata, quia illic Herodes, dum Christum requirit, perimi statuit infantulos. Sed jam nemo timeat, quia requies illa quam quærebat David, audita est in Ephrata, inventa est in campis sylve. Tunc adhuc sylvæ erat nationum congregatio; sed posteaquam in Christum crediti, fructuosa facta est: quia benedicti ventris fructum recepit. » Subdit deinde aliam analogiam:

Bethleem habuit quatuor nomina.

Mystice.

« Mortua est ergo Rachel parturiens, quia jam tunc quasi patriarchæ uxor furorem Herodis videbat, qui nec minusculæ setati pepercit. Simulque in Ephrata peperit Benjamin specie superiorum, mysterio posteriore, Paulum scilicet, qui antequam generaretur non minimos dolores matri præstitit, cuius filios persequebatur. Et illic mortua et sepulta est, ut nos commortui et conspulti cum Christo, in Ecclesia resurgamus. Inde enim alia interpretatio vel fecundata, vel fructibus repleta Ephrata significatur. Et in paucioribus est, quia pauci sunt qui intrant in domum panis per angustam viam. Et non est in paucioribus, id est de proficientibus, quæ Christum non agnovit. Nec minima est, quæ est domus benedictionis et divinæ gratiæ receptaculum: et in eo minima, qui is qui aliquid confert, Christo videtur deferre. Et qui appetit Ecclesiam, Christum appetit. In quovis minimo enim Christus aut laeditur, aut honoratur, secundum quod ipse ait: Quod enim visus horum minimorum fecistis, mihi fecistis. »

PARVUS ES. — Hebraice פרוץ *tsair*, id est parvus, adolescentulus es; Septuaginta, *minima es*. Dices: S. Mattheus, cap. ii, 6, contrarie verit, scilicet, « nequaquam minima es. » *Primo*, Osiander Lutheranus *tsair* transfert *parum*; unde verit: *Heus tu Bethleem Ephrata, parum es ut sis inter civitates Judæ*. Quod idem in re est cum eo quod habet S. Mattheus: « Nequaquam minima es in principibus Judæ. » Verum errat; nam *tsair* est nomen, non adverbium, et parvum significat, non parum. *Secundo*, Clarius, Mariana et Jansenius in *Matth.* ii, legunt per interrogationem: *Parvus es in millibus Judæ? q. d.* Nequaquam; et ita legunt Biblia Gothica S. Isidori. Verum Biblia Romana et alia Latina carent hac nota interrogationis. Dico ergo hic apud Micheam facile adversariam particulam *sed* ex nexu sermone subintelligi, æque ac eadem subintelligitur *Psal.* cxviii, 44 et 45, et alibi, q. d. O Bethleem, minima quidem es, si muros, si domos, si cives, si ambitum, si celebritatem consideres; sed tamen nequaquam minima es, si principes a te vel datos, vel dandos spectes: dedisti enim Davidem, dabis Christum. Id significant Hebræa, quæ ad verbum sic habent: *Et tu Bethleem Ephrata, parvus es ad essendum in millibus Judæ; altamen ea te mihi egredietur ad essendum dominator in Israel, q. d.* Parvula es quoad locum; minor enim es quam ut computeris et adæqueris aliis magnis civitatibus Judæ; verum quoad dominatorem a te dandum, non es parva, sed magna. Unde Tigurina et Vatablus vertunt: *Parvula quidem es inter civitates Judæ; ea te autem prædabit mihi, qui dominator sit in Israel.* Ita S. Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Albertus, Lyranus, Arias et alii passim. Et S. Nazianzenus, orat. 19: « Nulla res, ait, prohibuit quominus Bethleem simul et parva civitas esset, et totius terræ metropolis: utpote Christi parens et

nutrix. » Unde Arabieus Antiochenus verit: *Et tu Bethleem urbs (vicus) parva non eris in millibus Judæ; quia ea te egredietur dominator super Israel; et Arabieus Alexandrinus, Et tu, Bethleem Ephrata, non humilis in millibus Judæ; quia ea te egredietur caput super Israel, et dies ejus inde a diebus æternis; et Syrus: Tu autem Bethleem Ephrata, parvula es quæ sis (ut sis) in millibus Judæ; ea te egredietur dominator qui erit (ut sit) super Israel, et egressus ejus a principio a diebus sæculi: nunc tradet eos usque ad tempus quo pariet parietis. Et Prudentius in *Hymno Epiphaniæ*:*

O sola magnarum urbium
Major Bethleem, cui contigit
Ducem salutis cœlestis
Incorporatum gignere.

Quem stella, quo solis rotam
Vincent decore ac lumine,
Venisse terris unatit,
Cum carne terrestri Deum.

Porro quod aliquid apud S. Hieronymum dicant S. Mattheum memoria lapsam, ut pro *minima es*, scripserit *nequaquam minima es*, impium est dicere: nec enim S. Mattheus ex se hæc scripsit, sed ex dictamine et instinctu Spiritus Sancti. Probabilius est Septuaginta quos sequi solent Evangelistæ, vertisse *nequaquam minima es*, eoque secutum esse S. Mattheum. Nam ita ex Septuaginta legunt Theodoretus, Origenes, lib. *I Contra Celsum*; Cyprianus, *II Testimon.* cap. xii; Eusebius, lib. *VI Demonstrat.* cap. xv; Ambrosius, lib. *V, epist.* 4; Augustinus, lib. *XVIII De Civit.* cap. xxx; licet Biblia regia, Complutensia Vaticana et S. Hieronymus in Septuaginta legant, *minima es* (1).

Bethleem urbs vocatur hic *parvulus* masculina, non *parvula*. Quæres cur: *Primo*, Jansenius in *Matth.* ii, respondet subintelligi *vicum*, q. d. Et tu, Bethleem, qui parvulus es vicus: vicus enim hebraice masculine vocatur פלך *pelech*, vel פרוץ *tsair*, vel חורף *chuts*. *Alii* intelligunt, *populus*, ex populo enim Bethleem natus est Christus. *Sic Israel et Juda* passim apud Prophetas sumuntur masculina, quia intelligitur פרוץ *am*, id est populus. *Tertio*, Ribera censet causam esse, quod He-

(1) Monet Capellus et verissime, inquit Rosenmüller, nihil necesse esse fingere variam lectionem; cum idem revera sit apud Micheam et Mattheum sensus et mens, licet quoad verba videantur pugnare duo illa loca. « Nam cum Micheas dicit, Bethleem esse nimis parvam, ut censetur ἐπιβιβάζω *te* βζ, respicit ad urbem illius statum humilem atque contemptum, qualis fuit temporis prophetæ (ζώνω *vicus* vocatur et ab Joanne Evangelista, vii, 42), eamque de subiecto illo statu consolatur et evahit promissione gloriosa orturi ex ea Messia. Mattheus vero cum negat, Bethleem esse minimam in illis γηματα, respicit ad Christi nativitatem, qua condecoranda erat et illustranda urbs illa, que quantum ad civiles et politicas prerogativas attingit, erat tunc temporis humilis et abjecta. Quare unum idemque dicunt tum Micheas, tum Mattheus, licet pugnantibus in speciem verba. »

brevi per metaphoram urbes vocantur homines; unde vocatur *filia Sion, filia Babylonis*, etc. Verum urbes solent comparari feminis, non viris; quia pulchre sunt, ornate et compositae ut matrone, vel filias splendide vestite. Cur ergo Bethlehem hic comparatur viro, vel juveni, et vocatur *tsair*, id est parvus? Respondeo, quia respicit ad virum Bethlehem, qui urbis Bethlehem conditor fuit, vel princeps, uti jam ostendi. Itaque metonymice loquitur de urbe, in nomine et persona sui principis; quia eam comparat cum millibus, et principibus Juda. Hinc quia Judas vir erat, tribusque Juda a virili robore et imperio celebris, ideo Bethlehem, quae erat tribus Juda, inducit quasi juvenem fortem, qui comparatur et certet cum aliis viris suae tribus, puta cum principibus Juda, *q. d.* O Bethlehem princeps urbis Bethlehem, nequaquam minimus es in principibus Juda: quia ex tua urbe Bethlehem, tuisque posteris, nascetur Christus. Est metonymia: princeps enim capitur pro urbe, quam incolit et regit. Similis est illa Virgili: « Jam proximus ardet Ucalegon, » id est Ucalegontis domus. Haec expositio confirmatur primo, ex Septuaginta, *xxi. οὗ εἰς οὗς τὸν δόξαυ τὸν Εβραῖα*, id est, *et tu domus Bethlehemi filii Ephraim*. Ubi articulus non masculinum indicat virum Bethlehem, qui nomen dedit urbi Bethlehem. Sic Ninive a Nino conditore vocatur saepe Ninus. Secundo, ex simili loco *Josue*, cap. XIV, vers. 15, ubi de Hebron quae prius vocabatur *Cariat Arbe*, id est civitas Arbe gigantis, dicitur: *Adam maximus tibi inter Enacim stans est*; pro quo Septuaginta vertunt, *metropolis urbium Enacim ipsa*; ubi *Cariat Arbe* urbs vocatur *Adam*, id est homo maximus, id est metropolis urbium, quas occupabant Enacim, sive gigantes, ut vertunt Septuaginta. Quia enim gigantes erant viri magni et bellicosi, hinc pariter urbs et metropolis eorum vocatur nomine *Adam*, et viri, non feminae. Sic hic Bethlehem, quia virilis fuit, et summus viros protulit, nimirum Bethlehem, Jesse, Davidem, et praesertim Christum; hinc comparatur viro, non femine. Hoc est enim quod subdit: « Ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel, » vir utique, non femina, quem proinde deest a te quasi a viro progigni. Addit Sanchez Bethlehem addi epithetum masculinum, quia etymo et terminatione est masculinum, esto significatione sit femininum. Consultatur enim *ex bet et techem*, id est *domus panis*, quae Hebraeis sunt nomina masculina. Sic Toleum, Lovanium, Leodium, Gandavum, terminatione sunt neutra; Parisii, Burgi, masculina. Sic Ovidius Lesbum, et Virgilius Abydum usurpat masculinae. Ovidius, XI *Metamorph.*:

Et Mityenei tentantur littora Lesbi.

Virgilius, I *Georg.*:

Pontus et ostriferi fauces tentantur Abydi.

Symbolice, parvitatem et magnitudinem Beth-

lehem, et pueri Bethlehemitici Christi Domini, in se representavit Michas: fuit enim ipse reipsa magnus Propheta, sed nomine parvus. Hebraeus enim *Micha*, id est Michas, decurtatum et abbreviatum est ex *Michaia*, vel *Michaihu*. Unde Pagninus in *Nomina Hebr.* censet Michaeam prophetam, qui Achab regi mortem intendit, ab eo per contemptum vocari *Micha* (sic enim est in Hebraeo, III *Regum*, xxii, 8) pro *Michaihu*: hoc enim fuit proprium et plenum ejus nomen. Simili modo Judaei pro *Iesua*, vel *Iehosua*, decurtate ad vilipendium et contemptum nostri Christi, hebraice scribunt *Iesu*. Sic *Gen.* xxii, 16, Ephron, postquam vendidit sepulcrum, vocatur *Ephran*, postquam dimissa littera *au*. Et *Jerem.* cap. xxii, 24, impius rex Jeconias diminute vocatur *Comias* in Hebraeo: sicuti Flandri viles homines, qui vocantur *Joannes*, decurtate et per contemptum vocant *Honnen*; et *Sebastianos, Bastian*; *Antonios, Tonen*. Sic et Itali, Hispani, Galli aliaeque gentes. Hinc *Micha* hebraice idem est quod *quis tu*? idem scilicet quod *Matthias*, qui ultimus et posthumus, ideoque minimus fuit Apostolorum. *Matthias* enim idem est quod *מתי מתי* *mi atia*, id est *quis tu*? Idem significat *מתי Micha*. Nam *atia*, id est *tu*, cum est affixum, uti hic est, mutatur in *cha*. Michas ergo inter Prophetas fuit, quod Matthias inter Apostolos. Solo alia quoque horum nominum esse etyma et significata: sed illa ad rem praesentem non faciunt.

IN MILLIBUS JUDA. — Ex Hebraeo et Chaldaeo duplex potest esse sensus. Prior, parvus es, id est minor es, quam ut numerari debeas in millibus Juda. Posterior, adeo parvus es, ut non inter civitates illustres Juda quae paucae sunt, sed inter millia viculorum et pagorum, qui sunt in Juda, recensendus sis. Ita Arias. Verum prior sensus magis convenit Hebraeo, praesertim quia per antithesin Bethlehem opponit millibus Juda. Ita S. Hieronymus, Haymo, Remigius, Rupertus, Hugo, Lyranus, Dionysius, Clarius et alii.

Nota: Pro millibus hebraice est *אלפים alaphim*, quod primo, millia significat; secundo, principes; unde S. Mattheus cap. ii, habet: « In principibus Juda; » tertio, chiliarchias. Juxta *primum* significatum sensus erit: O Bethlehem, vix parvus es viculus, et minor quam ut inter civitates Juda magnas et celebres, quae multis civium millibus abundant, caput afferas aut computaris; sed esto multitudine sis minima, dignitate tamen es maxima: quia gignes Christum. Ita S. Hieronymus et alii jam citati. Juxta *secundum*, sensus erit, *q. d.* O Bethlehem, parva es, imo minima, si spatium tuum spectes, inter principes, scilicet urbes, vel etiam homines Juda: minima enim es et loco, et proventu principum praeteritorum; quia paucos Judae dedisti principes: at nequaquam minima es inter principes Juda, si dominatorem ex te egressurum, puta Messiam, consideres. Juxta *tertium*, sensus erit: O Bethlehem, si civis tuos

numeres, parva es inter chiliarchias Juda; imo tribunal sive chiliarchiam, qui mille civibus praesit, non mereris, eo quod vix mille cives numeres: sed tamen nequaquam parva es, si Christum ex te nasciturum intueare. Hic enim non tantum erit chiliarchia, sed omnium Israelitarum; imo omnium hominum et angelorum Dominus. Nota: Populus Israel a Mose distributus erat in chiliadas; ut patet *Exodi* xviii, 25; sicut modo castra distribuuntur in chiliadas, ut quilibet chilius contineat mille milites, quibus praesit chiliarcha sive tribunus. Urbes ergo Israelis distribute erant per chiliades, id est per centus et tribus, quarum quilibet continebat mille cives. Hinc Gedeon, *Judic.* vi, 73, ait angelo in Hebraeo *אלפי אלפי*, id est *chilias mea tenuissima* omnium chiliadum quae sunt in *Manasse*. *Chilias*, id est tribus millenaria, qui familia mea accensetur. Unde Noster clare vertit: « Ecce familia mea infima est in Manasse. »

EX TE MIHI EGREDIETUR. — Nota: Aliqui *mihi* referunt ad Michaeam, eo quod ipse versu precedenti dixerit: « Posuerunt super nos, » etc. Unde videtur ipse in sua suorumque persona loqui, *q. d.* Mihi Michaeae meaeque genti, adeoque toti mundo nascetur Christus. Ita a Castro. Verum sic potius dixisset *nobis*, quomodo dixit *Isaias* cap. ix, 6: « Parvulus natus est nobis. » Quare melius Remigius, Haymo, Albertus, Vatablus et alii *nobis* referunt ad Deum et ad Patrem aeternum. In ejus enim persona loquitur Propheta: subintelligitur ergo haec verba, quae de more suis oraculis praedixissent Prophetae: aut, si non praefigunt, ea subintelligunt: « Haec dicit Dominus, » *q. d.* Haec dicit Dominus: Ex te, o Bethlehem, egredietur Christus mihi, id est ad meum obsequium, laudem et gloriam; ut scilicet meum nomen in Israel, imo in toto orbe celebret, omnesque gentes mihi subiciat et reconcliet. Rursum ut *mihi*, id est pro me, et vice mea dominator sit et rector in Israel; ut scilicet pro me instituat et regat meam Ecclesiam fidelium. Sic ait Apostolus *Rom.* i, 3: « Qui factus est ei ex semine David secundum carnem. » Dices, vers. 4, loquitur Michas de Deo in tertia persona; ergo hic non loquitur de eo in prima, dicens *mihi*. Respondeo: In Prophetis crebrae sunt enallage et mutationes personarum; loquuntur enim instar dialogismi: in dialogis autem alie et aliae introducantur personae.

Præclare Nazianzenus, orat. 38 in *Christi Nativitate*, sic orditur: « Christus gignitur: glorificate. Christus e oculis: obvium prodit. Christus in terra: subvehimini: cantate Domino, omnis terra. Atque ut haec duo in unum contraham, laetetur oculi, et exsulet terra propter caelestem, ac postea terre-trem. Christus in carne: tremore et gaudio exsultate: tremore, propter peccatum; gaudio, propter spem. Christus ex Virgine: mulieres, virginitatem colite, ut Christi matres sis.

Quis eum, qui a principio est, non adorat? Quis eum, qui postremus est, non laudat ac celebrat? » Et inferius: « Clamet Joannes: Parate viam Domini: ego quoque diet hujus vim ac potentiam clamabo: carnis expertus incarnatur: Verbum crassescit: invisibilis cernitur: intauctis tangitur: tempore vacans initium sumit: Dei Filius hominis filius efficitur. Jesus Christus heri, et hodie, idem et in saecula. Judaei offendantur, Graeci derideant, haeretici lingue prurigne afficiantur. Tum credent, cum in oculum ascendentem viderint: quod si ne tum quidem, ad certe cum e caelo descendentem, atque uti judicem sedentem. » Ac recensitis mundi tenebris, vitis et ærumnis, subdit: « Quae quoniam majus auxilium requirebant, majus etiam acceperunt. Hoc autem erat ipse Dei Filius, ille saeculis antiquior, ille invisibilis, ille incomprehensibilis, ille incorporeus, illud ex principio principium, illud ex lumine lumen, ille fons vite et immortalitatis, ille archetypi expressio, illud immotum sigillum, illa per omnia similis imago, ille Patris terminus et ratio: ille, inquam, ad imaginem suam se confert, et carnem ob carnem gerit, et cum intellectuali anima propter animam meam jungitur, ut simile per simile repurgat. Atque humana omnia excepto peccato suscepit, conceptus quidem ex Virgine animo et corpore a Spiritu praeparata (nam et procreationem honore afficit, et virginitatem praefertur oportebat): progressus autem Deus cum humanitate, unum ex duobus inter se contrariis, carne nimirum et spiritu, quorum alterum deificavit, alterum deificatum est. O novam mixtionem! O admirandam temperationem! Qui est, fit: qui creatus non est, creatur: qui nullo loco contineri potest, per interventum animae intellectualis, inter divinitatem et carnis crassitiam confinetur. Qui locupletes alios ditat, pauperlate afficitur: carnis enim mære paupertatem subit, ut ego divinitatis ipsius opes consequar. Qui plenus est, exinanitur: sua enim gloria ad breve tempus exinanitur, ut ego plenitudinis ipsius particeps efficiar. Quenam hæc bonitatis divitiæ? quodnam me circumstat mysterium? Divinam imaginem accepi, nec custodivi: ille carnis mære particeps fit, ut et imagini salutem, et carni immortalitatem afferat; secundum consortium nobiscum init, et quidem priori longe admirabilis. Tum enim id quod praestantius erat, nobis impertitur: at nunc ipse ejus quod deterius est particeps efficitur. Hoc priori illo divinus: hoc apud cordatos et prudentes viros multo sublimius. » Ac deinde ostendit non indignam, sed dignam fuisse Verbo hanc sui demissionem, tum ut homines in imum delapsos elevaret, tum ut quasi medicus immensa misericordia ad agrum curandum descenderet, tum ut nobis optimum « ad sublimitatem iter humilitatem ostenderet. Quia propter humi inclinatum animam, inquit, sic deiecit, ut ob peccatum deorsum vergentem secum erigat:

nisi quis forte eo nomine medicum accuset, quod ad morbum se inclinet, festoremque sustineat, ut sanitatem aegrotis donet; atque cum etiam qui humanitatis et commiserationis affectu permotus in fovam seipsum demittit, ut prolapsam jumentum iuxta legis praeceptum servet. » Idem in *Sententiis* : « Patris Verbum, ait, est homo noster, ut hujusmodi mixtionem Deus hominibus misceret. Unus utrinque Deus est, haecenus homo effectus, ut me ex mortali Deum efficiat. »

Qui SIT DOMINATOR IN ISRAEL. — *Primo*, Judaei apud Lyranum per hunc dominatorem accipiunt Ezechiam; sed perperam. Ezechias enim natus est rex in regia urbe, puta in Jerusalem, non in Bethlehem. Adde: jam natus erat Ezechias, cum hunc dominatorem nasciturum praedixit Micheas. Sub Ezechia enim habuit oraculum, uti dixi initio capituli, et cap. III, 8.

Secundo, Theodorus Mopsuestenus haereticus cum suis discipulis et aeseclis quos multos habuit, per dominatorem hunc accipiebat Zorobabel; sed aequae perverse. Nam Zorobabel natus fuit in Babylone, non in Bethlehem; in deoque hebraice dicitur *Zorobabel*, quasi *בבל זרע* *babel zera*, id est *semen*, hoc est filius, *Babylonius*; nam Jechonia in Babylone genuit Salatiel, Salatiel genuit Zorobabel, *Matth.* I, 12, qui post 70 annos captivitatis, Judaeos e Babylone in Judaeam, permittentem Cyro, reduxit. Adde: Zorobabel non fuit dominator, id est rex, in Israel; multo minus egressus ejus fuit a diebus aeternitatis. Quocirca hanc explicationem cum aliis ejusdem similibus, ut judaicam et erroneam damnat Concilium Constantinopolitanum generale, ordine quintum, *act. II*, et Concilium Romanum sub Vigilio, ut dixi in Proemio.

Dico ergo, certum est de fide dominatorem hunc esse Christum. Ita orthodoxi omnes Graeci, Latini et Hebraei apud Galatinum lib. IV, cap. XIII; unde et Chaldaeus expresse veritatem: *Ex te coram me prodibit Christus*. Sic et olim nascente Christo, rogati scribae a magis et Herode ubi Christus nasceretur, responderunt: « In Bethlehem Judee. Sic enim scriptum est per Prophetam (Micheam hoc loco): Et tu, Bethlehem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim exiit dux, qui regat populum meum Israel, » *Matth.* II, 6. Et rursum: « Nonne Scriptura dicit: Quia ex semine David, et de Bethlehem castello, ubi patet David, venit Christus? » *Joan.* VII, 42. Unde erat commune sensum olim Synagogaesse fuisse, et nunc esse Ecclesiae, quod hic locus intelligendus sit de Christo: nullus enim alius Propheta praedixit locum nativitatis Christi fore Bethlehem, nisi Micheas hic.

Adde quod S. Mattheus et Lucas evangelistae, dum referunt hoc scribarum responsum de Christo nascituro in Bethlehem, illud ipsum approbant: imo ideo referunt, ut doceant impletum fuisse in Christo illud signum Messiae, quod inter

Judaeos communi omnium confessione erat receptum, eo quod in Scriptura esset expressum, ut solerter advertit Franciscus Suarez III part. *Magi*. XXXV, disp. XIV, sect. 3.

Nota: illustre hoc oraculum, ex quo magis cognoverunt locum nativitatis Christi, ipsamque Christum, editum fuit a Michea sub Ezechia rege, post vastatam Samariam, antequam Jerusalem obsideretur a Sennacherib, ut patet ex dictis vers. 10, et cap. III, 10. Editum est ergo sub anno 9 vel 10 Ezechiae: nam excidium Samariae contigit anno 6 Ezechiae, obsidio Jerusalem per Sennacherib anno 14 Ezechiae: intermedio autem tempore editum est hoc oraculum. Unde sequitur Micheam illud edidisse circiter viginti duobus annis post illud Isaiae, de eodem Christi ortu vaticinium cap. VII, 14: « Ecce virgo concipiet, et pariet filium: et vocabitur nomen ejus Emmanuel. » Hoc enim edidit Isaia anno 4 Achaz, ut ibidem ostendi: Achaz autem regnavit 16 annis. Huic successit filius Ezechias, cujus circiter anno 40 haec vaticinatus est Micheas. Quare cum Isaia hoc suum oraculum de Christo ediderit anno mundi 3207, ante Christum vero anno 742, sequitur Micheam suum hoc de Christo in Bethlehem nascituro oraculum edidisse anno mundi circiter 3229, ante Christum vero anno 720. Sub quod tempus floruit Sibylla Erythraea, cujus de Christi nativitate, judicio et resurrectione versus recenset S. Augustinus lib. XVIII *De Civit. Dei*, cap. XXII.

Nota *secundo*: Ex Bethlehem prodierunt plures principes et viri illustres. *Primas* fuit Abessan judex, id est princeps Israelis, qui habuit triginta filios et totidem filias, *Judic.* XII, 8. *Secundus*, Elimelech maritus Noemi, cujus filio nupsit Ruth, et eo mortuo nupsit Booz; ex quo genuit Obed patrem Jesse, ex quo natus est David, ut patet ex libro Ruth. *Tertius*, David rex, a quo tota familia regum Israel et Juda descendit, usque ad ultimum regem Sedeciam. Fuit ergo Bethlehem totius regiae et Davidicae stirpis seminarium, et communis patria: cum par esset eam, quae Regem caelorum editura erat, jam ante se probare tot heroiis, illisque ei preludere, ut tandem vel hominum judicio digna haec patria censeretur, quae extremo virtutis opere edito, aliquid super heroes et homines omnes, puta ipsum Dei Filium, mundo exhiberet adorandum. Insuper Samuel in Bethlehem Davidem fratrum minimum unxit in regem, I *Reg.* XVI. Hinc Bethlehem vocatur « civitas David. » Hinc et Roboam Davidis ex Salomone nepos Bethlehem instauravit, novisque domibus et muris exaedificavit, II *Par.* XI, 6.

Queres, cur in Bethlehem, potius quam Roma, vel Hierosolyma, vel alio in loco nasci voluit Christus? Respondeo *primo*, ut Bethlehem demonstraret Christum esse filium Davidis Bethlehemite, cui a Deo promissus fuerat, et ac proinde ipsum esse verum Messiam. Hanc causam indicat

Quoties hoc oraculum Christus edidit?

S. Lucas, cap. II, dicens: « Eo quod esset de domo et familia David. » *Secundo*, ut in loco humiliter nascentis, magis ostenderet potestatem suam, qua ad regnum se provexit, juxta illud I *Cor.* I: « Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia, et ignavia mundi, etc. » *Tertio*, quia Bethlehem erat via in Jerusalem: decuit autem Christum in via et peregrinatione nasci, quia, ut ait S. Gregorius, « per humanitatem quam assumpserat, quasi in alieno nascebatur. » *Quarto*, ut hac sua paupere et humiliter nate mereretur nobis sublimem nativitatem per gratiam et gloriam, celsumque locum in caelis; atque « per egestatem suam nobis multas mansiones in domo Patris sui prepararet, » ait Venerabilis Beda in *Luce* cap. II.

Tropologicè, primo, quia, uti Christus humilitatem et paupertatem elegit et docuit, ac superbia et fastum contempsit; ita humiliter et pauperem patriam, puta Bethlehem, similemque nascenti modum elegit. Unde S. Leo, serm. I *De Epiphania*: « Qui, ait, servi suscepit formam, Bethlehem praelegit nativitali, Hierosolymam passioni. » Christus ergo nascentis, ex praesepio quasi cathedra, non voce, sed facto concionatur et clamat: Filii hominum, ut quid diligitis vanitatem, et queritis mendacium? discite a me palatia, opes, delicias, fastum, pompas mundi contemnere: nam vanitas vanitatum sunt, et omnia vanitas. Discite a me quia pauper sum, et humilis corde: discite cor figere in caelo, ambire opes et honores caelestes. Sedebat in caelo imperii Romani culmine et throno Augustus, jacebat in humili stabulo Christus: at celsior in stabulo Christus, quam in culmine imperii Augustus. Unde S. Bernardus, serm. 3 *De Nativitate*: Aut Christus, inquit, fallitur, aut mundus errat (etenim diversa ac repugnantia docent), sed divinam falli impossibile est Sapientiam: errat ergo mundus, errant omnes mundi sectatores, juxta illud *Psal.* : « Dixi, semper hi errant corde. » Et S. Augustinus, serm. 18 *De Tempore*, qui est *De Nativitate*: « Omnis, ait, hujus nativitatis schola, humilitatis est officina. » *Secundo*, Bethlehem hebraice significat domum panis: representat ergo Christum, qui mundi est panis, et manna de caelo descendens. Ita S. Hieronymus. Audi S. Gregorium, homil. 8 in *Evangelio*: « Bene in Bethlehem nascitur Christus. Ipse est enim qui ait: Ego sum panis vivus, qui de caelo descendit. Item locus in quo Dominus nascitur, domus panis antea vocatus est: quia futurum erat ut ille per materiam carnis appareret, qui electorum mentes interna satefate reficeret. » Bethlehem ergo fuit Ephrata, id est frugifera, et totius terrae horreum: quia ab ea totus orbis panem, non septem annorum, uti Aegypti a Joseph, *Genes.* XII, 36 et 33, sed vitae aeternae, qui est Christus, accipit.

De Homeri natali solo certant septem nobiles Graeciae urbes, singulaeque eum sibi civem arrogare conantur: quam ergo gloriosa Bethlehem

Tropologicè

Conditio Christi

sa praesepio

Cur Christus natus in Bethlehem? Causa prima

quae omnium consensu et confessione, toti orbis credit Messiam, puta Deum hominem natum: in qua Christus in mundum prodens, primo lucem, caelum et solum hoc aspecti: utique Bethlehem omnes regias, omnes metropoles, omnia orbis emporia nobilitate, aequae ac sanctitate vincit, Longe enim magis eam sua nativitate celebravit Christus, quam Aristoteles suam Stagiram, Cato Tusculum, Cicero suos Arpinates.

Quocirca Patres miris laudibus et encomiis Bethlehem celebrant. Haec ad se ex Occidente traxit S. Hieronymus, S. Paulus, S. Enstochium, et innumeras nobilium matronarum ac virorum turmas, quae Bethlehem Romae praetulerunt, ibique ad praesepio Christi vivere et mori delegerunt; qua de causa S. Paula ibidem tria feminarum, quibus ipsa praerant, monasteria; et unum virorum, cui praerant S. Hieronymus, exedificavit. Audi S. Hieronymum de S. Paula, in ejus Vita: « Atque in Bethlehem ingressa, et in specum Salvatoris introiens, postquam vidit sacrum Virginis diversorium et stabulum, in quo agnovit hos possessorem suum, et asinus praesepio Dominum sui, ut illud impleteret quod in eodem Propheta scriptum est: Beatus qui seminat super aquas, ubi bos et asinus calcant; me audiente, jurabat cernere se oculis fidei infantem pannis involutum, vagientem in praesepio, Dominum magis adorantes, stellam fulgentem desuper, matrem virginem, nutricium sedulum, pastores nocte venientes, ut viderent Verbum quod factum erat, et jam tunc Evangelistae Joannis principium dedicarent: In principio erat Verbum, et Verbum caro factum est; parvulus interfectus, Herodem scerventem, Joseph et Marianam fugientes in Aegyptum, mixtisque gaudia lacrymis loquebatur: Salve, Bethlehem, domus panis, in qua natus est ille panis, qui de caelo descendit: salve, Ephrata regio uberrima, atque *καρποφόρος*, cujus fertilitas Deus est. » Citat deinde hoc Micheae oraculum: « De te quondam Micheas vaticinatus est: Et tu Bethlehem domus Ephrata, non minima es in millibus Juda. Ex te mihi egredietur, qui sit princeps in Israel, et egressus ejus ab initio a diebus aeternitatis. Propterea dabis eos usque ad tempus parientis. Pariet, et reliquiae fratrum ejus convertentur ad filios Israel. In te enim natus est princeps, qui ante Luciferum genitus est, cujus de Patre nativitas omnem excedit aetatem. Et tunc in te Davidici generis ordo permansit, donec virgo pareret. » Et inferius: « Bene David jurabat, bene vota faciebat dicens: Si introiero in tabernaculum domus meae, si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis, et palpebris meis, dormitationem, et requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob. Et statim quid desideraret exposuit, atque oculis prophetalibus, quem nos venisse jam credimus, ille venturum esse cernebat: Ecce audivimus eum in Ephrata, juve-

S. Paula cum Bethlehem Hierosolyma

nimus eum in campis sylvæ: quippe sermo hebraicus (hebraice enim est *vau cholem*, id est ejus masculinæ), ut te docente didici, non Mariam matrem Domini, hoc est *arvir*, sed ipsum, id est *arvir*, significat. Unde loquitur confidenter: In troibimus in tabernaculum ejus, adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus. Et ego misera atque peccatrix, digna sum iudicata deosculari præsepe in quo Dominus parvulus vagiit: orare in spelunca, in qua virgo puerpera Dominum fudit infantem? Hæc requies mea, quia Domini mei patria est: hic habitabo, quoniam Salvator elegit eam. Paravi lucernam Christo meo, anima mea illi vivet, et semen meum serviet ipsi. Haud procul inde descendit ad turrim Eder, id est gregis, juxta quam Jacob pavit greges suos, et pastores nocte vigilantes audire meruerunt: Gloria in excelsis Deo, et super terram pax hominibus bonæ voluntatis; dumque servant oves, invenerunt agnum Dei, puro et mundissimo vellere, quod in ariditate totius terræ celestis rore completum est: et ejus sanguis luit peccata mundi, et exterminatorem Ægypti litus in postibus fugavit. » Idem S. Hieronymus, nomine S. Paulæ et Eustochii, S. Marcellam in Bethlehem invitans *epist.* 47: « Quo sermone, ait, qua voce speluncam tibi possumus Salvatoris exponere? Et illud præsepe, in quo infantulus vagiit, silentio magis quam infimo sermone honorandum est. Ubi sunt late porticus? ubi aurata laquearia? ubi domus miserorum panis et damnatorum labore vestite? ubi instar palatii opibus privatorum extructæ basilicæ, ut vile corpusculum hominis pretiosius inambulet, et quasi mundo quidquam possit esse ornatius, lecta magis sua velit aspicere, quam ocelum? Ecce in hoc parvo terræ foramine ocelorum conditor natus est: hic involutus pannis, hic visus a pastoribus, hic demonstratus a stella, hic adoratus a magis. Et hic puto locus sanctior est Tarpæia rupe, que de celo sæpius fulminata, ostendit quod Domino displiceret. Et tunc emittente Christo, cum per Silo, et Bethel, et cætera loca, in quibus Ecclesie quasi quedam victoriarum Domini sunt erecta vexilla, ad nostram speluncam redierimus; canemus jugiter, crebro flebimus, indesinenter orabimus, et vulneratæ jaculo Salvatoris in commune dicemus: Inveni quem quasivisti anima mea, tenebo eum, et non dimittam illum. » Vide eundem, *epist.* 48 ad eandem Marcellam.

Porro in Bethlehem mortua et sepulta est S. Paula, cum ibidem sancte et religiose vixisset viginti annis, cui S. Hieronymus hoc epitaphium posuit:

Scilpo quem genuit, Pauli fudere parentes;
Græchorum scholæ, Agamemnonis inclita proles;
Hæc jacet in tumulo, Paulam dixere priores,
Eustochii genitrix, Bonaviti prima senatus;
Pauperum Christi, et Bethlemitea rura secuta.

3. CT. Audi S. Cyprianum, tract. *De Nativitate Christi*:

« Veniunt in Bethlehem: quem prædixit Gabriel, prima, inveniunt Emmanuel: civitas parva, domus pauperula, supellex exigua; nulla domus ambitio, nisi reclinatorium in stabulo: mater in fenestris, filius in præsepio. Tale elegit fabricator mundi hospitium, hujusmodi habuit delicias sacre Virginis puerperium. Panniculi pro purpura, pro bysso in ornatu regio lacinie congeruntur: genitrix est obseptrix, et devotam dilectæ soboli exhibet clientelam; attrahat, amplectitur, jungit oscula, porrigit mammam, totum negotium plenam gaudium: nullus dolus, nulla nature confusio in puerperio. Pedissequas substantia familiaris non patitur, mancipiorum obsequia sumptus tenuis, et inops mensa excludit. »

Porro in Bethlehem apparuit stetitque stella apparens magis, qui ejus iudicio ibidem Christum agnoverunt, ac ibidem eum adorantes, eidem

Aurum, thus, myrrham, reginæ, hominique Deoque dona ferunt,

ut canit Juvenecus. Quocirca Prudentius in *Garm. De Epiphania* ita eandem celebrat:

O sola magnarum urbium
Major Bethlehem, cui contigit
Ducem salutis cælestis
Incorporatum figurere.

Quem stella, que solis rotam
Vincit decore ac lumine,
Venisse terris natiat,
Cum carne terrestri Deum, etc.

Bethlehem ergo est « mundi oriens, et orbis metropolis, » ut ait Nazianzenus *orat.* 19, ac domus panis, in qua Christus panis et celo oritur. Unde merito ad eam suspirans S. Chrysostomus in cap. 11 *Luce*: « O si mihi, ait, liceret videre præsepe illud, in quo jacuit Christus! »

Scribit S. Hieronymus ad Paulinum, Adrianum imperatorem Bethlehem profanasse, creato ibidem Adonidis simulacro; « ut in specu, ubi quondam Christus parvulus vagiit, Veneris amansius plangeretur. » Stetit ibi Adonidis per 180 annos usque ad Constantinum imperatorem, quando S. Helena ejus mater, everso Adonide, magnificam ecclesiam super ipsam specum extruxit, et super ipsum præsepe in quo Agnus Dei reclinatus est, erexit altare, in quo idem jugiter Deo offerretur, qui ibidem pro salute hominum primum mundo illuxerat. Sed et Constantinum eandem specum regalibus ornamentis ex auro et argento, atque variis auleis exornavit; ita ut basilica hæc mundi esset miraculum, nec in orbe quippiam ei esset simile. Nam excelsa est admodum et amplissima, cujus tota superior concaeratio quatuor ex marmore columnarum ordinibus, et magnitudine et multitudine admirandis constat. Quilibet enim ordo habebat quinquaginta columnas, singulari artificio, pretio et sumptu, super ipsas columnas navis ecclesie eminet opere vermiculato, que omnes veteris

Testamenti historias exhibebat, ab exordio mundi usque ad Christum, miro artificio et colorum variatate distincta. Parietes tabulis ex alabastro pretiosissimis sunt inerustati; quarum ea erat opulentia et pulchritudo, ut Sultanus Ægypti eas sacrilege auferre, hisque palatium suum in Cayro exornare conatus sit, sed ingenti serpente miraculose ex pariete prodeunte, tabulasque ipseas mordente deterritus a scelere destitit; quocirca ipsi etiam Turæ et Saraceni reverenter hoc templum frequentant. Pavimentum totum est ex marmore. Ad locum autem dulcissime nativitatæ Christi, a templo in capellam descenditur decem gradibus, locum vel ipso celo augustiorem, et æterna memoria omnibus fidelibus venerandum. Hic locus tegitur mensa marmorea et candida, in qua et Sacrum peragitur. Cæterum lapidis illa pars in qua Christus dicitur natus, et præsepis pars in quam fuit reclinatus, non vestiuntur marmore, sed nude patent ad peregrinorum adorationem et osculum. Lapis, in quem reclinavit Maria, et qui flexis genibus incedit similitudinem habet stellæ. Est autem tota hæc capella sumptuose opere ex marmore et auro exornata. Neque longe a templo abest locus circumcisionis. Ad orientem quantum jactus est lapidis, monumenta visuntur S. Paulæ et Eustochii. Hæc et plura Salignicus, Borchardus, Breddembachius et ex iis Adrichomius in *Descript. Terræ sanctæ*. Eadem mihi affirmarunt Romæ viri graves, qui recentior Bethlehem et loca sancta visitarunt.

Merito ergo S. Bernardus, *serm.* 4 in *Vigilia Nativitatæ*: « O Bethlehem parva, inquit, sed jam magnificata a Domino. Magnificavit te, qui factus es in te parvus ex magno. Que tibi civitas, si audiat, non videat pretiosum illud stabulum, et illius præsepiti gloriam? In universa siquidem terra jam celebre est nomen tuum, et beatam te dicunt omnes generationes; ubique gloriosa dicuntur de te, civitas Dei, ubique psallitur: Quia homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus. » S. Gregorius Nazianzenus, *orat.* 38: « Descriptionem, inquit, reverere, propter quam in oculis ipse describeris: et nativitate, ob quam nativitatibus vinculis solutus es: et parvam illam Bethlehem honora, que te in paradisum reduxit: et præsepe adora, honora præsepe, quia cum rationis expertus esses, a Verbo nutritus es. Cognosce, ut hos, possessorem tuum (Isaia te admonet), et ut asinus præsepe Domini fui; sive mundus sis et Judæus, sive immundus ethnicusque parvis. » Idem arianis sibi objectantibus ignobilium patriam et familiam respondet, *orat.* 23: « Unum idemque cælum omnibus esse commune, unam eandemque terram et parentis et sepulcri habere rationem, ex qua sumpti sumus, et ad quam revertemur, nulla jam re alii alios superantes. Deum rusticitatis meæ patronum nactus, cum Bethlehem collocabor, cum præsepi vilipendar. » Et inferius: « Magnis omnibus et ex-

celis viris patria una est superna Jerusalem, in quam conversationem nostram recondimus. Terræ autem hæc patria, et hæc generum discrimina, brevis hujus et caduce vite nostræ, ac scene ludi sunt. Quam enim quisque terram sive per tyrannidem, sive per calamitatem ante occupaverit, ea patria dicitur, quous omnes reges hospites et advena sumus, quantumlibet vocem appellatione Iudamus. »

Tropologicæ, hanc Bethlehem nobis ob oculos ponamus, nosque in ea esse imaginemur, ibique mentis oculis intueamur nascentem Christum, dum in templo nocte Nativitatæ Domini hoc mysterium recolimus; imo dum quotidie in sacrificio Missæ idem nobis representatur. Vere enim et sapienter scripsit noster Thomas Theodidactus, lib. IV *De Imitatione Christi*, cap. 11: « Ita magnum, novum et jucundum tibi videri debet, cum celebras, aut Missam audis, ac si eodem die Christum, primum in utero Virginis descendens, homo factus esset: aut in cruce pendens, pro salute hominum paterefretur et moveretur. » Templum ergo representat Bethlehem, altare præsepium, hostia Christum nascentem, corporale pannos et fascias, Deiparam sacerdos, Joseph et pastores christiani astantes. Ita fecit S. Franciscus, mira devotione in typica sua Bethlehem et præsepio dissuavians cum parvulo de Bethlehem. Audi S. Bonaventuram in Vita ejus, cap. x: « Contingit autem anno tertio ante obitum suum, ut memoriam nativitatæ pueri Jesu, ad devotionem excitandum apud eastrum Grædii disponeret agere, cum quanto majori solemnitate valeret. Ne vero hoc levitatis posset adscribi, a Summo Pontifice petita et obtenta licentia fecit preparari præsepium, apportari fœnum, bovem et asinum ad locum adduci. Advocatorem Fratres, adventum populi; personat sylvæ voces, et venerabilis illa nox luminibus copiosis et claris, laudibusque sonoris et consonis, et splendens efficitur et solemnis. Stabat vir Dei coram præsepio pietate repletus, respersus lacrymis, et gaudio superfluous. Celebrantur Missarum solemnia super præsepe, levita Christi Franciscus sacrum Evāgelium decantante. Prædicat deinde populo circumstanti de nativitate regis pauperis, quem cum nominare vellet, puerum de Bethlehem præ amoris teneritudine nuncupabat. Miles autem quidam virtuosus et verax, qui propter Christi amorem seculari relicta militia, viro Dei magna fuit familiaritate conjunctus, Dominus Joannes de Græcio, se vidisse asseruit puerulum quemdam valde formosum in illo præsepio dormientem, quem B. Pater Franciscus, ambobus complexans brachiis, excitare videbatur a somno. » Addit S. Bonaventura fœnum hoc præsepi a populo reservatum, multos brutorum morbos sanasse et pestes dispulisse.

Denique S. Bernardus, *serm.* 4 in *Vigilia Nativitatæ*, docet nos fieri Bethlehem, si Christum devote sus-

Tropologicum templum est stabulum, altare præsepe Christi.

Exemplum S. Francisci.